



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XI. Si in executione mandati fraus interuenerit, non potest executor de toto negotio cognoscere: sed debet incidens quaestio ad sedem apostolicam referre.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Negantis
factum pro-
bationes ad-
mitteri.

nonica fuerit opposita, non proponat. Porro licet negantis factum nulla inueniri posse probatione dicatur, eius tamen qui renuntiationem spontaneam negat, cum implicite & quodammodo replicando inficiatur, super actione sua probationes credimus proferendas, habita nihilo minus, vt decet, ad personarum dignitatem & opinionem relatione.

Assensu
Causarum
179.

CAP. X. *Ex decretis Hormisdæ papæ.*

Nullus fidelis, cuiuscumque conditionis sit, occulte nuptias faciat: sed benedictione accepta a sacerdote, publice nubat in Domino. Si quis ergo sacerdos aliquos occulte coniunxisse inuentus fuerit, ab officio triennio suspendatur.

CAP. XI.

Dunelmensi episcopo & fratribus Reuesbi.

Proposuit nobis dilectus filius noster Vu. clericus præsentium lator, quod cum ipse ad ecclesiam de * Vuadher, a Reinerio Flandrensi venerabili fratri nostro Eboracensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato præsentatus fuisset, idem archiepiscopus eum ad ecclesiam non recepit. Inde est quod discretioni vestræ per A. S. mandamus, quatenus si idem archiepiscopus ad commonitionem vestram præfatum Vu. in ipsa ecclesia, quam citius poterit non instituerit: vos rei veritatem legitime inquiratis, & si vobis constiterit ex parte Vu. dummodo idoneus sit, quod ad ipsam vacantem fuerit prædicto archiepiscopo præsentatus, ad eandem ecclesiam auctoritate nostra, amoto illo qui eam detinet, etiam si quis post præsentationem eius & appellationem, quam se ad nos fecisse proponit, incussus est, appellatione remota, cum fructibus inde perceptis post primam præsentationem, eum recipere minime differatis.

Præsentati
& non ad-
missi appella-
tionem tene-
re.

CAP. XII.

Eboracensi archiepiscopo; Pars capituli: In eminenti de appellationibus.

De cetero noueris, quod si sententiam a nobis latam præceperimus per aliquem executioni mandari, & fraus interuenerit, non est facultas executori de negotio toto